Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26366
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nem. Exornatio est. qua utimur rei honestande et collo
cupletande causa. confirmata argumentatione. Com
plexio: qua concludit breuiter. colligens partes argumen
tationis hisce quinque partib: ut absolutissime utamur.
hinc tractabimus argumentationem; EXPOSITIO EPOSITIONIS.
Causa eo ostendemus ultiri fuisse quare infecerit aiace.
Inimicum enim acerrimum de medio tollere uolebat. a quo
sibi nisi iniuria summum periculum metuebat.
Videbat illo incolumi. se incolumem futurum. Spe
bat illi morte. s. salutem sibi comparare. Consueuerat si iure
non potuerat. iniuria quis inimico exitium machinari.
Cui rei. mors indigna palamedis testimonium dat. Ergo
et metu periculi hortabatur eum interimere ad supplicium
uerebatur. et consuetudo peccandi maleficii suscipiendi
remouebat dubitationem. EXPOSITIO EXORNATIONIS.
Omnes enim cum minima peccata cum causa suscipiant.
cum uero illa quae multo maxima sint maleficia. aliquo certo
emolumento inducti suscipere conantur. Di multos induxit
in peccatum peccuniae spes. si complures se scelere contamina
uerunt impiae cupiditate. simulati leue compendium frau
de maxima commutauerunt. cui mirum uidebitur istum ama
leficio propter acerrimam fortitudinem nisi se obtempasse. Virum
fortissimum. integerrimum inimiciciarum prosequentis
simum. iniuria lacessitum. ira exsuscitatum. hominem timidum.
nocens. conscius sui peccati. insidiosus. inimicum
incolumem esse. noluit. Cui tandem hi mirum uide
bitur. Nam cum ferras bestias uideamus alacres
et erectas uadere ut alii bestiae noceant. nisi est
incredibile putandum istum quoque animum ferum crudelem
atque inhumanum cupide adinimici pricie profectum
presertim cum in bestiis nulla neque bona neque ma
lam rationem uideamus. iusto primas et pessimas ra
tiones semper fuisse intelligamus; EXPOSIT COMPLEXIONIS.